

est velamen, neq; mulier propter paupertate
 habet velamen, non ob id omittantur bene-
 dictiones. Et quarto, q̄ benedictiones den-
 tur in loco designato à Missali. Quod si Sa-
 cerdos in prædicto Missæ loco dare oblitus
 fuerit, tunc finita Missa, eas det, stans ante
 altare, indutus Superpelliceo. vel Alba, cum
 Stola, pro honestate, & satius erit, si alius su-
 perest Sacerdos celebraturus, sponfos ei be-
 nedicendos committere: nam summo Eccle-
 siæ cōsilio statutum esse credo, q̄ benedictio-
 nes nuptiales in præsentia Sanctissimi Sa-
 cramenti, ante illius fractionem, & sacrifi-
 tij confirmationem conferantur. Quinto, q̄
 omittere ceremoniam illam arrarum, & anu-
 li, nullum est peccatum, iut dicitur. 30. q. 5.
 cap. Nostrates. vbi Papa Nicolaus enumera-
 ris aliquibus Romanorum consuetudinibus
 in celebrandis nuptiis, in quibus sponsus
 sponsam arris despondet, per digitum fidei
 anulo insignitam, & recensitis quibusdam
 aliis ritibus concludit sic. Item sunt præter
 hoc, alia quæ ad memoriam non occurrunt
 pacta coniungiorum sollempnia, peccatum au-
 tem esse, si hæc cuncta in nuptiali fædere nõ
 interueniant, non dicimus. Vbi glo. duo
 dicit